

DIE VII. AUGUSTI.

S. CAJETANI CONFESSORIS.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beáto Cajetano Confessóri tuo apostólicam vivéndi formam imitari tribuísti : da nobis ejus intercessióne et exémplo in te semper confidere ꝛ et sola cæléstia desideráre : Per.

DIE VIII. AUGUSTI.

B. AUGUSTINI LUCERINI EP. ET CONF. ORD. PRÆD:

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui Ecclésiæ tuæ in beáto Augustino Confessóre tuo atque Pontífice boni pastóris exémpulum providere dignátus es : concéde propítius ꝛ ut, ejus intercessióne, in loco páscuæ tuæ perpétuo collocári mereámur : Per.

DIE IX. AUGUSTI.

B. JOANNIS DE SALERNO CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui, in fidei incrementum, beátum Joánnem Confessórem verbi tui præcónem exímium effecísti : ejus nobis intercessióne largíre ut quod corde crédimus ad justítiam ꝛ ore ad salútem confiteámur : Per.

DIE X. AUGUSTI.

S. LAURENTII MARTYRIS.


TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.


Super Ps.

Ant.

j. toni.



LAURENTI-US ingressus est Martyr, et



confessus est nomen Dómi-ni Jesu Christi.